

A Non sic ad thalamum nupta properaret, ut ad supplicii locum lata successu, gradu festina, hac Virgo processit. Quo non terrore egit carnifex, ut timeretur; quibus blanditiis, ut suaderet; quantum vota, ut sibi ad nuptias proveniret; At illa; Et haec sponsi injuria est, inquit, expectare placitum, Qui me sibi prior elegit, accipiet; quid percussor moraris? Peccat corpus, quod amari potest oculis, quibus nolo. Stetit, oravit, cervicem inflexit, & ita una hostia duplex martyrium sibi, pudoris & religionis. Ambrosius de virg. lib. 1.

S. Dorothea virgo & marty. Vide Dei dilectio, cultus &c. De S. Theodora martyris fortitudine dixisse, detraxisse est, quis enim a memoria saeculorum simile huic audivit, aut legit aliquando? Trahitur ad lupanem Virgo a milite immineunda, & ecce de martyrio contendit uterque. Judicatur miles ut reus pro virgine; at illa ad locum supplicii accurrens, inclamare coepit: Non ego te mortis vadem elegi, sed praedem pudori optavi. In me lata est ista sententia, quae pro me lata est: moriar certe innocens, ne moriar nocens. Nihil hic medium: hodie ero aut rea tui sanguinis, aut martyris mei. S. Ambrosius in vita lib. 2. de Virgine.

Admirantis etiam plena exempla habet civilis ordo. In quo principatu obtinet Ludovicus XII. Galliae Rex, monitus quippe Mediolanensi bello tormentorum ictus vitare: Ecce quem, ait, Galliarum Regem, unquam pila necatum accepisti? Qui metuit, me clypei ad utatur. Corozet. Paris fortitudinis Catolus V. cum enim Germania ad Ingolstadtium copias haberet, cinxissentque eum ingenti exercitu foederati hostes, & armorum tormentorum copia ferream grandinem in castra ipsa non sine gravi pernicie immitterent: momentibus sibi prospicere, immutato vultu & loco, ardens dixisse ferret. Confidite, nullus unquam Imperator tormenti ictu interit. Dignum memoria ac laude saeculorum. J. Lips. Monit. Polit. lib. 1. cap. 7. num. 10.

Idem, cum in Hispaniam profecturo, sedatis jam fluctibus, pestem in locis maritimis magis invalescere nuntiaretur, quasi nihil ducens, Equum, ait, nec praetermittenda tam bona tempestas: pestis Augustinum, pestis Caesarem, pestis Carolum illum nunquam atigit. Francis. Robertel. in oratione sua funebri.

C Detinebat Ludovicum Bavarum in vinculis Albertus Marchio Brandeburgensis, cumque multa ab eo peteret, & nihil impetraret, minas adiecit; ni pareat, tradendum in manus sui hostis, Cui Ludovicus: Quae poteris ex me libero impetrare, eodem ex capto petito. Si amplius quid voles, corpus meum in tua potestate est; animum vero mihi, non tibi obnoxium invenies. Aeneas Syl. lib. 3. Comm. de gest. Alph.

Egregium quoque fortitudinis decus Thomas Morus, Ille namque ad locum supplicii, certaminis generosi palatium, deductus, recitato Psalmo 50. ac finita pace, dum veniam Carnifex de more peteret, ei osculum & annulum aureum porrexit, dicens: Tu mihi hodie id beneficii praestiturus es, quod haecenus nemo mortalium aut praestitit, aut praestare potuit. Quidnam illud? hoc sane, quod ad auctorem suum anhelas properaret spiritus ex hoc mundi carcere ad lucidas illas sedes:

Ver ubi aeternum, repidaque praebet
Iupiter brumas.

Thomas Staplet. cap. 20. in vita. D Digna quoque Mulier Anonyma, quae cum prioribus sui sexus deceret. Otho IV. Imp. maritum ejus, qui falso fuerat accusatus, nomine tentate pudicitiae Imperatricis, capite plecti iussit. Uxor mariti caput gremio gestans, Imperatorem adit, & Quae pena injustus Iudex multandus? rogat. Morie, ait Imperator. Illa subistit: Tu ergo Imperator morere, qui matrum meum innocentem occidisti. Innocentem fuisse, ferro ignito, quod innoxie manibus meis contracto, probabo animose profecto & supra seculum fecmineum. Fern. Ceruus in vita Otho. Beyerl. in Aepob. Christ.

Pleraque ex Tit. de Patientia, Martyrio, Toleratione huic referantur.

* APOPTHEGMATA.

Bona dicere solebat, formam & venustatem bonum esse alienum. Sentiens nimirum, animi bona revera esse nostra, caetera vero omnia fluxa, & parvo duratura tempore. Laertius lib. 4. cap. 7.

STILPO interrogatus, Quid esset statua fortius? respondit E. Homo stupidus, & animi cultum negligens. Stob. ser. 2. JAMBLICUS dicere solebat, cum anima vivamus, ejusdem virtute quoque nos vivere dicendum esse; perinde ac cum oculis certaminus, ipsorum quoque virtute bene certaminus. Stob. ser. 1.

DIONYSIUS sophista in Heliodorum, quem Adrianus Caesar unice amabat, torfit hoc dictum: Caesar potest honorem ac pecunias largiri, rhetorem facere non potest. Caesar enim Heliodorum, studio verius quam iudicio, fecerat magistrum epistolatum. Dion. in Hadrian.

PLATO dicere solebat, eos qui corpora exercerent, & animum negligerent, nihil aliud facere, quam imperantem relinquere, & imperatorem curare. Stob. ser. 1.

IDEM Quae dominantur, inquit, praeter illis quae serviunt semper sunt honoranda. Quapropter merito post dominantem deos, eosque qui illos sequuntur, animum nostrum colendum, secundoque loco habendum jubeo. Nemo autem recte animum suum honorat, nisi qui vitis fugatis pietatem & iustitiam colit. Stob. ser. 21.

THALES dicebat, non esse faciendam faciem, sed animum F. honestis studiis exornandum, quod haec fortuna veros conciliet ac perpetuos amicos. Diog. Laert. lib. 1. cap. 1.

ANTISTHENES, admonere ea esse paranda vitata, quae simul cum naufragio narent. Sentiens, bonas artes ubique esse in pretio, nec posse a fortuna eripi. Idem ad scribitur Aristippo. Laert. lib. 6. cap. 1.

Quidam adolescens curat sese ex arte sculpendum, & ad eam imaginem sese conformabat. Huic Antisthenes: Sises potest vocem edere, qua de te potissimum gloriaretur? De pulchritudine, inquit, adolescens. Non igitur, inquit, crubeles, qui non de animo gloriaris? significans, magis gloriantur de bonis animi, quam de forma, quam habet cum sitaqua communem. Laert. lib. 6. cap. 1.

ARISTONYMUS vulgo hominum Laerti comparabat, qui cum reliqua ruri diligerent omnia curaret, seipsum negligebat; sic & illos studiis suis quidem esse circa possessiones, animum autem feris obrutum affectibus non excolere ajebat. Stob. ser. 4.

DEMOCRITUS dicebat, potius animam quam corporis curam esse habendam. Siquidem anima perfectissima corporis G. vitia levat: robur autem corporis, absque ratione, nihil meliorem reddit animam. Stob. ser. 1.

DIOGENES conspiciat adolescentem philosophiae dantem operam: Euge, inquit, corpore ista spei speciatores ad animi pulchritudinem avocas. Sentiens illum hoc agentem, ut animum, virtutibus & honestis disciplinis exornaret, hoc consecutum, ut longe meliores amicos esset habiturus. Laert. lib. 6. cap. 2.

IDEM dicebat, homines summa cura quoque faciunt ad vivendum perquirere; sed quae ad bene vivendum conducant, nihil pendere & negligere. Stob.

PYTHAGORAS, magis animi vires, quam corporis optandas esse assererat. Animi enim bona verae sunt possessiones, caetera omnia instabilia & incerta. Divitiis enim, aliaque ejus generis bona, fortuna temeritati subjacent: virtus autem stabilis perpetuaque habetur. Stob. ser. 1.

SOCRATES, nihil aliud, inquit, agens circumeo, quam suadens junioribus senioribusque vestrum, neque corporum, neque pecuniarum, neque aliarum omnino rerum curam prius vehementiusque, quam animi, habendam esse, ut quam optimus sit: docens, non ex pecuniis virtutem, sed ex virtute pecunias, aliaque bona omnia & privatim & publice hominibus provenire. Platon in Alogog. Socrat. Stob. ser. 5.

IDEM, Neque, inquit, Achillis arma Terfici, neque animi bona homini stulto conveniunt. Stob. Ser. 5.

Idem, quum taxaret unguentis delibutus, & Charondas, sive (ut alii placet) Phaedon percontaretur, quis esset ille unguentis delibutus? Ego, inquit, Antistippus, infelix, & me infelicio Perfarum Rex. At vide, inquit, ut quemadmodum haec parte nullo caeterorum animalium esse superior, ita nec hominum ullo praestantior. Sensit, externis bonis hominem nihil fieri meliorem: cum & equus balsamo oblitus, idem oletet quod rex, & mendicus unguento simili delibutus, non minus bene olet quam summus Pontifex.

Laert. lib. 2.

* HEROG-

* HEROGLYPHICA.

A Equus animi elati ac ferocis hieroglyphicum esse potest. Sic enim Prudentius elationem animi describens ait: Fortis per effusas inflata superbia turbas Infrangi vult abae equo.

Pier. Valer. lib. 4. pag. 38. E. Nec ingratum fuerit hieroglyphicum, quo animi desponso & desperatio significetur, ubi quis equum cespitantem aut prioribus prolapsam pedibus appingat. Idem lib. 4.

Animum purum, supra terrena seces elatum, & divinam tantum rerum meditationi deditum, per Ciconiam hieroglyphice significatur facta etiam nostrorum littera. Falligia enim apiceque rerum semper querit Ciconia. Pier. Val. lib. 17.

ACCENTREM sursum versus tendentem si quis pingat, animum qui ad divina sustollatur, intelligemus: quem si quis ad interna delabentem effinxerit, animum significabit, qui se ad ea, quae terrene beneficia sunt, examinanda explicaverit. Pierius Val. lib. 31.

Hominem, qui animum suum a vitiis affectibusque crudelibus depurgat, quaeque se ledant, eximat atque depellit significare si vellet, Scolopendram effigiant, eam nonnulli Centipedam vocant. Rationem vide apud eundem Pier. lib. 30.

VAS obruturatum plerumque animi significatum habere perhibetur. Pier. Val. lib. 56.

¶ Vide Magnanimitas. ANIMI AFFECTUS. ¶ Quere Affectus. Vitiata de corundem Dominio.

ANIMI RELAXATIO. ¶ Vide Recreatione. Otium. Quies.

ANIMOSITAS IN MALIS. ΘΑΡΣΟΣ.

¶ Solum hic animi imperium spectamus. Cujus exempla ex loco Fortitudinis & Temeritatis propulsantis innumerae peripossunt. Item ex loco Prudentiae bellicae.

C De Antigone, fratrem caelum contra Creontis mandatum audacter sepeire volente, hic versus extat apud Sophoclem in Antigone: In frigidis tibi mens calet negotiis. Erasmus in Adag.

JOLAEUS tenax apud Eurip. in Heraclid. animosissimus introducit, proinde a servo audit: Vinam esses tam potens ad bene agendum quam es promptus.

M. SCAURUS, cum pro Rostris accusaretur, quod a Rege Mithridate ob Rempublic. prodendam pecuniam accepisset, causam suam ita egit: Est enim, Quiritis, iniquum, cum inter alios vixerim, apud alios me rationem vitae reddere. Sed tamen audebo vos, quorum major pars honoribus & actis meis interesse non potuit, interrogare: Varius Suetonensis M. Emilius Scaurum regia mercede corruptum, imperium pop. Romani prodidisse ait: M. Emilius Scaurus huic se affinem esse culpae negat. Utri creditis? Cujus dicti admiratione pop. Rom. commotus, Varium ab illa dementissima actione pertinaci clamore depulit: Val. lib. 3. cap. 7.

D M. BRUTUS & C. CASSIUS Caesarem in Senatum venientem oppresturi, cum aliis conjuratis tanta constantia & securitate expectarunt, ut multi, quibus praeturae ratione jus dicendi incombere munus, non solum benignam aduentibus & litigantibus audientiam fecerint, ut si tracto essent animo: verum etiam causas quaeque attentè auditas magno iudicio disceptarint. Cum quidam, qui iudicatum detredat folvere, Caesarem appellaret, multumque vociferaretur ac testaretur, respiciens ad coronam Brutus: Me Caesar, inquit, jus dicere ex legibus neque prohibet, neque prohibebit. Plutarchus in Caesare.

¶ ANIMOSITAS IN MALIS VEL revera vel opinione.

¶ Consule Tit. Pusillanimitatis in propulsando. Hic Affectus; illic Ratio affectum dirigit consideratur.

Cum Gedeon Dux Israelitarum cum 300. militibus superasset 135. millia Madianitarum, & duos illorum Reges Zebam & Salmanam comprehendisset, qui fratres Gedeonis in L. B. Theatr. vit. Human. Tom. I.

Thabor interfecerant: juravit illis, si fratres suos conservasent, se quoque eis paritum fuisse. Jetri igitur primogenito suo praecipit, ut eos necaret. Verum cum puer praetimore gladium non auderet stringere, Gedeon ipse sua manu eos obrutavit. Judic. cap. 8.

ISOCRATES rhetor cum intelligeret, quantum sibi obesset animi timiditas, sapienter dicitur solutus est, se suos quidem discipulos docere decem minus, se ipsam quod ipsum docuisset, extra omnem timiditatem in concione loqui, ei sexcentum daturum.

Apud Aristoph. in Equibus. Nicias iustus audacter eloqui quod haberet, respondit, dicitur in vii. n. dicitur. Interpres admonet dicitur barbaricam esse vocem, quae fiduciam significaret, & audendum animet: quasi qui dicat, Sume Thraciam audaciam. Erasmus in Adag.

Themistocles in Eretrienfes ita cavillari solebat, ut diceret eos similes piscium, qui gladioli vocantur: quippe qui gladium quidem habent, cor autem non habent: notans illorum ingnaviam, quod armatis non adesset animus. Plutarch. in Graec. Apoph.

Post cladem Leucitricam Sparta animos omnino demisit. F. Agesilaius autem filius Archidamus, acceptis ex Sicilia a tyranno auxiliis, Atcaas victoria illa appellata incruenta profugavit. Nam nemine de suis desiderato, magnam stragem dedit hostium. Detexit praecipue haec victoria civitatis Spartanae imbecillitatem. Antè enim usque adeo usitatum dicebant & competens ipsis vix vincere, ut victoriae causa gallum gallinaceum tantum immolarent, neque gloriantur milites, aut exultarent cives victoria. At hoc nunciato conflictu, ad Archidami reditum se continuo nemo: sed princeps pater manantibus gaudio lacrymis obviam ei processit, & secundum illum magistratus: senes mulieresque frequenter ad amnem descenderunt, manus ad caelum porrigentes, deosque cientes, quasi indignas maculas eluisset Sparta, clarumque denuò lumen oculis haurire: quando ante eam diem referunt, nec viros sustinuisse uxores suas conteri, offensum suarum rubore. Plut. in Agesilao.

Aetolus quidam Archedemus T. Quintio Procol. improperavit, dum ipse stricto gladio in pugnantem, acceptis Macedonas currens se inferret, illum passis manibus ad caelum tenis stetit, & vota diis nuncupasse. Plut. in com. G. parat. Flamini & Philopomenis.

CAYUS Imp. audita rebellionem Germaniae, & fugam & subsidia fugae, classes apparatus, uno solatio acquiescens transmarinas sibi superfuturas provincias, si victores Alpium juga, ut Cimbrum, vel etiam urbem, ut Senones quondam, occuparent. Suet. in Caligula.

Ubi Nero Galbam & Hispanias descivisse cognovit, colapsus, animoque male fracto, diu, & sine voce, & prope intermortuus jacuit: urque respuit, velle descissa, capite conerberato, actum de se pronunciat: consolantique nutritulæ, & aliis quoque cum principibus familia accidisse memoranti: se vero praeter caeteros inaudita & cognita patri respondit, qui suum Imperium vivus amitteret. Sueton.

ANIMI PASSIONES.

¶ Vide Locum de Passione.

ANNOA.

BΙΟΣ ΓΡΕCΕ.

ANNOA nomine comprehenduntur omnia, quae toto anno è terra suppeditantur ad alimentum. Nonnunquam pro solo pane usurpatur apud Juris.

* ANNOA PRAEFECTI PRUDENTES.

JOSEPH in Aegypto à Pharaone annoa suprema accepit praefecturam, pro futura septennali sterilitate, quam praedixerat: quod munus ea sedulitate & prudentia executus fuit, ut vocaretur lingua Aegyptiorum Salvator mundi. Emit autem ipse totam terram Aegypti, vendentibus cunctis possessiones suas praeter famam, eamque Pharaoni subiecit: Datoque populo semine, ut agros fererent, haec lege, ut quintam partem Regi penderent, mitificè ararium regium locupletavit, omniumque animos in se unum converit. Gen. 41. 47.

Ff 3 * PRAE-

A * **PRÆFECTURÆ DIGNITAS.**
 Apud Romanos summa semper cura acritudo fuit, ut publicæ annonæ ratio haberetur: hinc ejus procurandæ unum quempiam de principibus Reip. viris deputabant præpositum. Primus autem annonæ Præfectus fuit, *Livio Iestæ*, L. Minutius, eo scilicet tempore, quo tanta Urbem egestas invadit, ut multi ex plebe capitibus involutis se in Tiberim proiecissent.
 Cujus quidem præfecturæ tanta postmodum majestas fuit, ut Magno Pompejo post debellatum Orientem, tresque orbis partes superatas, delata fuerit, multumque ei gloria addiderit, præsertim quia, dum frumenti plurimum è Sicilia, & Sardinia comportaret ad famelicam urbem, ingentique tempestate oborta, Nautæ cunctarentur, anchoras sustulerit, clamaveritque, Navigandi necessitas est, non vivendi. Videatur *Plinius in Panegyrico.*

ANNONÆ FERTILITAS.
 * Maxima in Ægypto fertilitas erat primo illo septennio à Joseph prædicto, idque non vi aëtorum, aut naturæ, sed divine providentiæ, Nilum, è cuius diluvio omnis in Ægypto fœcunditatis fiducia est, integro septennio relaxantis. *Genes. cap. 41.*

L. OPTIMO Consule, cum C. Gracchus Tribunus plebem seditionibus agitans interemptus est, ea cœli temperies fulsit, quam coactam vocant, solis opere, natali Urbis 1134. Itaque fuit omnium vini generum summa bonitas: durantes adhuc vina 200. ferè annis, jam in speciem redacta mellis aspectu. *Plin. lib. 14. cap. 4.*

In Italia anno Urbis 702. Cn. Pompejo Magno III. solo Consule, tantus fuit olei proventus, ut provincis quoque miserint. *Plin. lib. 15. cap. 1. & Plur. in Pompejo.*

Quo anno Mater deum è Pessinunte Romam advecta est, major ea astate, quam anteedentibus annis decem, facta est annona. Cum L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos, assibus singulis faris modius, vini congius, fici sicca pondo 30. olei pondo 10. catnis pondo 12. venire. *Plin. lib. 18. cap. 3. ex Varro.*

Eo anno, quo Attila Hunorum Rex Aureliam obsedit, tanta frumenti copia exuberavit, ut non solum periculo hostili, sed fame urbem mirè Deus liberasse videretur. *Bonsini lib. 4. Decad. 1.*

Annus Sal. 568. quo Longobardi Italiam invaserunt, insigni rerum quas terra fert omnium ubertate lætissimus fuit, ipsa veluti natura opes suas ad novos excipiendos hospites parata. *Signon. lib. 1. regni Italici.*

Circa annum Christi 663. ignis maximo omnium terrore dicit decem in celo emicuit: inebuere mox imbres utique aëre sævi, & ita horrenda frequentiaque fulmina, ut homines juxta ac pecora de cœlo tacta caderent. Eo anno tanta leguminum copia successit, ut legi omnino nequiverint: quæ autem neglecta fuerant, ultro renata ad maturitatem pervenerunt. *Bonsini lib. 8. Dec. 1.*

Sub Leone Hæuro in Campania frumentum combustum, & hordeum & legumina, quasi pluvia de cœlo ceciderunt, anno Leonis quinto, Domini verò 722. *Sigebert.* Secuta est Saxonum ad fidem Christi conversio, & magna omnium frugum ubertas. *Schafnaburg. in Chron. & Anton. Tit. 14. cap. 1.*

Anno 1069. & sequenti sylvestrium arborum sterilitas duravit: sed vinearum tanta fertilitas fuit, ut præ multitudine vindemia vix colligi posset. *Schafnaburg.*

Sub Friderico Barbarossa Imp. tanta fuit annonæ copia in Germania, ut vino calx in mutorum usum restingeretur. *Stumpfius.*

Ann. 1434. in Polonia, vicesimatertia die Aprilis, ingens nix decidit, quæ cum quinque dies durasset, præter omnium expectationem, singularem fertilitatem agris attulit. *Crom. lib. 12.*

An. Chr. 1353. cum Martius, Aprilis & Majus ultra medium verum ac penè æstivo calore ad calamos & aristas segetes perduxissent, coortro depererit acri frigore & gelu, nix duos cubitos alta terram operuit in Polonia, & in sextum usque diem duravit. Qua soluta postea, cum corruptas esse segetes omnes existimaret, tanta præter spem ubertas frugum, quanta vix unquam aliis fuit. *Crom. lib. 12.*

An. Dom. 1484. tanta vini copia passim fuit, ut multum dolis permutteretur, multi etiam illud noctu Tiguri effundentes, alii loco aque in faciendocimento uterentur. *Stumpfius.* Idipsum nostra quoque ætate an. 1584. accidit.

An. 1540. annus fertillissimus insignis, ut etiam num hodie

Æstatis ferventis nomine appelletur. Præcesserant autem E cometæ duo terribiles, alter 38. alter 39. anno. *Stumpfius.*

ANNONÆ STERILITAS.

Anno Diluvii 434. fames universalis super terram. Abraham cum familia in Ægyptum descendit.

* Maxima sterilitas fuit transactis illis primis septem fertilitatis annis in Ægypto, à Joseph prædictis, Dico Nilu profuvium septennio illo suspendente. Eratque tanta sterilitas ut oblivioni traderetur præcedens abundantia, omnemque terram fames consumeret, tum Ægypti, tum vicinarum Regionum. *Gen. cap. 41.*

Memorabilis etiam fuit sterilitas sub Claudio Cæsare, quam præxerit Agabus forè in univërso orbe terrarum. *Act. cap. 11.*

¶ Pleraque hæc referantur ex Tit. Famis.

Annulus.

A **B** **A**n, quod Circum significat, dictus. Diminutivum F ab Annus.

MATERIA. PARTES.

Latini levis materiæ annulum, qui minimo gestatur, æstivum nuncupant. *Alex. lib. 4. cap. 26.*

Annulorum vestitutem quidam à rupe Caucaæa reputant, & Promothei vincula eò detorqueant: quasi primum saxi hujus fragmentum, inclusum ferro, ac digito circumdatum, annuli usum præberit. *Plin. lib. 37. cap. 1.*

Moxi senatoris annulus præ cæteris laudibus celebratur, cujus gemma 20. millibus sestertiis taxata est: unde & ab M. Antonio proscriptus fuit. *Alex. lib. 2. cap. 19.*

SCIPIO Africanus Sardonychum, quod sola gemmarum curam non afferret, in annulo suo habuit. *Alex. lib. 2. cap. 19.*

Metalum.

LACEDÆMONI, ex Lycurgi insultu, auri odio & contemptu, ferreo utebatur anulo.

Ferreo olim anulo omnes præter Tribunos Romæ utebantur. *Appian. lib. 3. belli Punic.*

POLYCRATES Samiorum tyrannus, smaragdum habuit pro gemma signatoria, ex omnibus opibus pretiosissimum, quem tamen in mare abjectum, capro pisce recuperavit, anno Romæ cond. 230. *Plin. lib. 33. c. 1.*

Moris fuit Rom. aureos annulos in lectu & funeribus fuisse hincque casibus Reip. deponere, & ferreos sumere. *Alex. lib. 2. cap. 10.*

Claudiæ Cæsar. principatu Rom. non gemma signata, sed auro cæpere, quod violatè signatis gemmas nefas ducerent. *Alex. lib. 2. cap. 19.*

¶ Vide infra. §. Qui gestantur annulos.

FORMA.

BATTI annulus apud Cyrenæos gratitudinis habet atque honoris argumentum, condita ab eo Cyrene ex responso, sicuti Aristoteles quoque commeminit. Quo nomine civitatis consensu confusus est annulus, civium conditori suo, veluti parenti, silphium offerentium nota, quod esse inter olera constat pretiosissimum: comici veteris astipulante versiculo, H quo ille ait: Ne Batti quidem silphio adduci posse, ut faceret, quod rogabatur. *Cel. lib. 6. cap. 12. A. L.*

SELEUCI annulus fatalis (scriptis celebratur, in quo anchora efficta viscabatur, cujus imago in femore posteris familiæ nativa apparuit. *Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19.*

PEREGRINI Epirotarum Rex gemmam in annulo habuisse dicitur, in qua Apollo & Musæ cum suis insignis, non tantum effictæ, sed nativa specie fuerunt. *Alex. lib. 2. cap. 19.*

LACEDÆMONIUM Rex Arius aquilæ sigillo utebatur, draconem tenentis unguibus. *Joseph. lib. 12. c. 5.*

* Solebant etiam Veteres effigiem illius quem amabant, in annulo gestare, & cum quadam ambitione omnibus ostentare. Unde *Cic. ult. de finibus*, Epicuri studiosos memores, Epicuri, ait, imaginem non modo in tabulis, sed & in poculis, & annulis habebant.

CLÆARCHUS Græcorum Dux qui Cyro militavit, in annulo suo habebat Caryatides saltantes: five nymphæ illæ cum Diana virgines Spartana, anniversario facto in vico Læconia Caryis dicto, Dianæ Caryatidem, cui facerent, colentes &

A & saltantes intelligantur: cujus titulus *Pausan. in Læcon.* meminuit; anuli verò *Plur. in Artax.* quem Crexis, suæ erga familiaritatem Lacedæmones necessitudinis insigne, dono deditur mortuus.

Apud Aristotelem legitimus, veteres Medicos implicamentis quibusdam, id est (ut ipse ait) phlegmatis, digitos inferere consuevisse, quæ contexta forent, veluti acetabula & circumstanta in piscium quandoque pedibus. *Cel. lib. 6. cap. 12. A. L.*

FLAMEN Dialis apud Rom. anulo non nisi pervio castoque utebatur. *Gell. lib. 10. cap. 15.*

Epicuri imagines frequenter in annulis habere ejus discipuli, hoc fastiis omnis generi & nomini suo esse arbitrati. *Alex. lib. 2. cap. 15.*

Celebratur insister Leo M. Pompeji in gemma. *Idem.* Aphricani Filius, ut suam in patrem pietatem declararet, ejus imaginem perpetuò anulo insculptam digitis gestavit. *Alex. lib. 2. cap. 19.*

LENTULUS avi sui figuram & imaginem anulo suo insculptis fecit, ne ejus amor citius, quam par esset, animo excideret. *Alex. lib. 2. cap. 19.*

L. SYLLA dicitur traditione Jugurthæ semper signavit. Est apud auctores, & Intercaeniensem illum, cujus patrem Scip. Emilianum ex provocacione interfecerat, pugna ejus effigie signasse: vulgato Silonis Præconini sale, equidnam fuisse facturum eum, si Scipio à patre ejus interemptus esset? D. Augustulus inter initia sphingis signavit. Duas in matris anulis tam indifferetæ similitudinis invenerat. Altera per bella civilia, absente eo, amici signavere epistolas & edicta, quæ ratio temporum nomine ejus redit postulat, non infacero lepore accipientium, enigmata afferre eam sphingem. Quinetiam Mæcenas tana, per collationem pecuniarum, in magno terrore erat. Augustulus postea ad evitanda convitia sphingis, Alexandri Magni imagine signavit. *Plin. lib. 37. c. 1. Natur. histor.* Postremò & sua signavit imagine, Dioscoridis manu sculpta. Quæ, ut prodit Tranquillus, & Imperatores alii postea uti. At Galbam excipit Dion: hic enim signatorum habuit anulum majoribus suis familiarem, cujus erat sculptura, canis è prota fere proclians. *Cel. lib. 6. cap. 11. A. L.*

C ROMANI corruptis jam moribus Harpocratem statuasque Ægyptiorum numinum in digitis gestabant. Claudii principatu nemini principis imaginem in anulo ex auro gerere licebat, nisi quis admissum liberti ejus dedisset. At Vespasianus æquam omnibus libertatem concessit. *Plin. lib. 33. cap. 3.*

D. PLINIUS Junior proconful Bithyniæ, eruditione & dignitate illustris, quadriga in sigillo utebatur. *Joan. Cutaenus in ejus vita.*

MACRIANORUM familiam ferunt hoc habuisse proprium, ut Magni Alexandri imagines tam viri quam foemine in annulis deferrent. *Alex. lib. 2. cap. 29.*

COMMODOUS Imp. signo Amazonis signasse dicitur. *Idem.*

QUI GESTANTUR.

JUDAS Thamar nurum suam imprudens corrupit, & promisso hædo, fidei causa anulum suum cum armillis & baculo ei servandum dedit. Quæ mox anulo ostenso, à pœna stupri debita sese liberavit. Anulum illum signatorum fuisse Sanctus Pagninus arumtat. *Gen. 38.*

Etiam Joseph accepit annulum à Pharaone. Tulitque anulum de manu sua, & posuit in manu ejus, dicitur *Gen. c. 41.* Unde patet, errare *Plinium*, quando *lib. 33. c. 1.* scribit, non fuisse usum annulorum tempore belli Trojanæ, quia hoc annis 600. illud præcessit.

Jezebel litteris adulterinis Achab viri sui Israëlitæ regis anulo obsignatis Naboth perdidit. *Ex 3. Reg. Polyd. lib. 8. cap. 2. de rer. Invent.*

Joseph. in 3. Antiqu. vestibus Sacerdotum, quas Moyses constituitur (qui, ex testamento Eusebii, fuit ante 350. & eo amplius annos, quàm est gestum bellum Trojanum) annulis etiam in vestibus, aliisque operibus, veteres Hebræos illacis temporibus esse usos, testatur.

MIDAS Rex anulum habuit, quo circumfacto habentem nemo cerneret. *Plin. lib. 33. cap. 2.* Nisi fortè id de Gyge, errore patronomastice, intelligi debet.

ATHENIENSIBUS etiam servis nequissimis ferreo anulo signare permittebat: sicut Babylonis, qui anulo signatorio utuntur omnes. *Alex. lib. 2. cap. 19.*

POLYCRATES Samii tyranni anulum, quem in mare demeritum, in visceribus piscis reperit, antiqui celebrant. *Sardo-L. Theatr. vit. Homar. Tom. 1.*

nichem gemmam fuisse constat: ostenduntque Romæ, si E credimus, in Concordiæ delubro, cornu aureo Augusti dono inclusam, & novissimum propè locum tot prælati obtinentem. Post hunc anulum regia fama est gemmæ Pythi illius, qui adversus Romanos bellum gessit. Namque habuisse tradiderunt Achatem, in qua 9. Musæ & Apollo citratham tenens spectarentur, non arte, sed sponte naturæ, ita discurruntibus maculis, ut Musis quoque singulis sua redderent insignia. Nec deinde alia quæ tradatur magnopere gemmarum claritas extat apud auctores, præterquam Ilieniæ Choraulem multis fulgentibusque uti solitum, comitante fabula vanitatem ejus, indicata in Cypro sex aureis denariis smaragdo, in qua fuerat sculpta Aymone, justissime numerari. Et cum duo relati essent imminuto pretio, malè meherclè curatum, dixisse, multum enim detractum gemmæ dignitati. Hic videtur insituisse, ut omnes musicæ artis hac quoque ostentatione censerentur, veluti Dionysodorus æqualis ejus & æmulus, ut sic quoque par videretur. Tertius qui eodem tempore fuit inter musicos, Nicomachus, multas gemmas habuisse traditur, sed nulla peritia electas. *Plin. lib. 37. cap. 1.*

EMENTIAS Thebanus legatus ad Regem Persarum missus, quum sciret, ex consuetudine gentis nihil ab ipso rege imperari posse, nisi prius quis adorans procumberet: ubi in ejus fuit conspectu, anulum de industria ad pedes cedere permisit, ut in eo colligendo reclmans videretur adorsæ regem.

Icetes Leontinorum tyrannus, cum Timoleontis exercitum, transfuso Danyria, transitu prohibere vellet: Decuriones Timoleontis mirificum incesit certamen & contentio, cum quilibet priores pugnae partes postularit, electaque consensionis plenus transitu impellentium se mutuo & præcurrentium. Ergo Timoleon justis fortiri Præfectis, accepit anulum à singulis. Quos cum in lacernam suam conjiceret & confudisset, primum fortè eduxit, qui sigillo trophæum habebat insculptum. Quod ubi juvenes viderunt, leto clamore sublato, non ultra ullam expectantes fortitionem, pro se quisque ocyssimè superato fluvio conseruerunt cum hoste manus. *Plin. in Timoleonte.*

Cenabat Paulus prætorius imaginem Tiberii habens in gemma: matellam poposcit. Id factum Maro ex notis illius temporis vestigatoribus notavit. At servus ejus, cui necesse fuit subscriptionem componeret. *Cel. lib. 7. cap. 26. A. L.*

Tiberii principatus nono anno, anulo non auctoritati forma constituta est, C. Asinio Pollione, C. Antistio Vetere Colli. anno urbis conditæ 775. futili penè de causa, cum C. Sulpit. Galba, dum juvenilem famam apud principem popinarum pœnis aucupatur, questus esset in senatu, vulgò insitiores ejus culpæ defendi annulis. Hac de causa constitutum, ne cui jus id esset, nisi cui ingenio ipsi, patri avoque paterno festertia 400. census fuisset, & lege Julia theatrali in 14. ordinibus sedendi. Postea gregatim insigne id appeti ceptum. *Plin. lib. 33. cap. 2.*

Apud Persas neque aureo anulo, neque zona, aut monili, vel ornameto alio insigniore, nisi ex Regis munere ac gratia, uti fas fuit. *Cel. lib. 18. cap. 18. A. L.*

Jus aurocorum annulorum erat, quod libertis hominibus concedebatur à Principe, ut scilicet eodem jure essent, quo Equites ii, quibus aureum anulum gestare licebat. Nam est aureus anulus insigne ordinis equestris erat, ut *Plin. c. H* statur; non omnibus tamen equitibus, sed his tantum, qui quingenta sestertium in censu habebant, eum licuisse gestare, vel ex eo intelligi potest, quod Suet. & Macro. de Læberio scripserunt; qui quum Cæsaribus postulata mimam egisset, ab eo aureo anulo & n. s. quingentis donatus, sedum in quatuordecim ordinibus ex scena in orchestram transit. Sed aliud est jus anulorū, aliud anulos habere: item ut jus liberorum & in liberos. Non enim quibus jus anulorum dabatur, ii continuo equites erant. Nam ut ait *Plin. in l. 4. ff. de jure aut anul.* etiam scemi nax jus illud impetrare poterant. A quibus anulus dabatur, ii continuo equites fiebant, & in quatuordecim confidebant, ut de Q. Roscio Comædo memorie proditum est, qui anulo aureo & quingentis n. s. à victore Sylla donatus, eques factus est, ut idem licet ei qui hoc impetravit, quod ei licet qui revera aureo anulo donatus est: id est, ut pro ingenio habeatur, neque patrono ullum officium (excepta reverentia) obsequium, operamve debeant: duntaxat, quamdiu in vita manebit. Nam (ut ait *Ulpian.*) quasi ingenuus vivi, tanquam libertus moritur. *l. 3. ff. de bon. lib. 4.*

Lib. 4. de iure iur. anul. id est, aduersus eius tabulas patronus preteritus bonorum possessionem obtiner. Item Plin. lib. 10. §. 2. ff. de in ius voc. Sed si ius annulorum accepit, puto, eam reuerentiam patrono exhiberi debere, quamvis omnia ingenuitatis munia habeat. Horom. de Verb. iuris.

QUOT NUMERO GESTARINT?

Ultra unum anulum aureum habere, infame apud Romanos habitum: eoque crimine Mævium Gracchus persequitur.

Imò Sergio nomen Oratae impositum fuit, quasi Auratae; Orum enim pro Auro veteres usurpant, quomodo etiam hodie Itali; quòd duobus annulis aureis iisque grandioribus uteretur.

CRASSUS apud Parthos, binos aureos gestasse scribitur, eò quòd divitias sibi crevisse assereret, quasi annulus opulentiae symbolum foret.

FOEMINIS interim licitum erat binos gestare. Sed queritur Plin. de luxu sui temporis, quòd omnes passim digitos annulis onerarent.

Ideoque Aristophanes Græcos suos vocavit ὑπερδιδυχαί, ἵνα ἄλλοις, quasi voluptati deditos, quòd in coma nutricia, & digitis annulis onerandis plus æquo occuparentur.

QUA PARTE CORPORIS

GESTARINT.

* Proprium annuli locum digitum omnis intellexit Antiquitas. Quare Plautus faceret irridet Pænos, quòd aures annulis onerarent, ac si in manibus digitos non haberent. Verum haberet Plautus nostro sæculo quòd affatim rideret, si feminatum aures passim annulis pendebibus perforatas conspiceretur. Verendum, ne & nares more Indorum annulis confringant.

Annulus signatorius olim gestabatur quacumque manu, quolibet digito. Postea usus luxuriantis ætatis signaturas pretiosis gemmis cœpit insculpere. Hinc factum est, ut usus annulorum exemptus dextra, quæ multum negotiorum gerit, in levam relegeretur, quæ otiosior est, ne crebro motu & officio manus dextrae pretiosi lapides frangerentur. Electus autem digitus minimo proximus, quasi aptior & tutior cæteris, cui annulus pretiosus commendaretur. Fabulosum est, quòd ex Ægyptiorum sententia de nervo exiguo à corde ad eum digitum pertingente narrant. Macr. lib. 7. Saturn. cap. 13. ex Aetio Capione.

Cùm reliquos autò gemmæque insignirent, præsci Romani medium nudum & honore destitutum reliquere, veluti infami contumelia notaretur ab Atheniensibus κατὰ νόρον, quasi cynædus & sœotum dicitur. Galli verò & Britanni, medio tantum annulo adiciunt, illum præcipuo honore excolentes. Alex. lib. 4. cap. 26.

Qui in minimo gestatur annulus, Acares dicitur: quo verò index ornatur, Cotiannos.

Antiquitus digitum minimo proximum in nuptiis & sponsalibus annulo exornabant, eò quòd ex Ægyptiorum sententia (ut auctor est Apion in Ægyptiacis) tenuissimus inde nervus ad cordis penetralia tendere diceretur. Alex. lib. 4. cap. 26. ex Gell. lib. 10. cap. 10.

NUPTIALEM annulum in sinistra manu tantum habere fas erat, ne usu attereretur. Quod erat proprium nuptialis annuli de ferro durissimo facti. Reliquos verò annulos, sive ex ferro sive auro, quacumque manu deferre licuisse compertum est. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 19.

Annulus singulari primò digiti gei mos fuit, qui sunt minimis proximi: sic in Numæ & Servii Tullii statuis videmus. Postea pollicis proximo indere, etiam deorum simulachris: dein juxta & minimo dare. Gallæ Britannique in medio dicitur usæ. Hic nunc solus excipitur, & honore destitutus relinquuntur, cæteri omnes onerantur; atque etiam privarum articulis minoribus aliis. Sunt qui tres uni minimo congerant: alii verò & huic unum tantum, quo signantem figent. Conditus ille ut res rara, injuria usus indigna, velut è sacratio promittit, & unum in minimo digito habuisse, pretiosioris in recondito suppellectilis ostentatio est. Jam alii pondera eorum ostentant. Aliis plures quam unum gestare labor est. Plin. lib. 33. c. 1.

Uxores Christianæ ordinariæ annulum gestant in digito vicino auctulari, eumque aureum: quòd in eo venam dicant, quæ ad cotendat: aurum autem cor exhilarat, & ad amandum excitat. Idque ut hoc velut pignore, conjugum

corda jungantur, ait Ivo Carnot. lib. 6. cap. 8. q. 36. cap. 5. Vi. de Gratian. in decretis. c. si quis uxorem, c. Emma.

CUR CAUSA.

Amoris.

Apud Persas non solum annuli, sed monilla, & alia hujus generis ornamenta deferre nequaquam licebat, nisi regis munere collarum esset. Proinde donari anulo à rege, amicitiae signum erat, eò argumento illos in intimam sodalitatem & vinculum maximi fœderis admittere significantes. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Annulus apud veteres Rom. pronubus sponsæ dono mitteretur à viro ferreus, durissimus, & sine gemma, antiqui victus parsimoniam ac frugales mores significans. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5.

* Et meminit Terullian. anuli pronubi, quo sponsam sibi oppignorabant. In Apoc. c. 6.

* ALEXANDER Macedo in Babylonem moribundus, cum rogaretur, quem Imperii sui hæredem designaret; respondit Optimium, ac sexto die præclusa jam voce, annulum suum manu detractum Perdiccæ tradidit. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Libertatis.

Apud Rom. cum promissus annulorum usus esse inciperet, libertus anulo donatus, velut ingenuus judicabatur vivens: ita ut hæud secus, quam quivis liber, magistratus & honores gerere, & reliqua ingeniorum munia obire possent, & æquestris nomen assumere. Morie autem obita, hæreditatis & bonorum partem, ut quilibet libertus, & servitute exemptus, patrono dote cogebatur. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 29.

Augustus cum jam conclamatus videretur, saluti ab Antonio Musa est restitutus. Ἰσοκράτης & Ἰσοκράτης: quo nomine pecunia est amplius donatus, & anulo aureo, quoniam erat libertus. Concessum & idem juris non presentibus modo, sed & futuris, qui medicos se pretisterent. Cæterum Marcellus, quum mox graviter æfferetur, non est tamen ratione illa sanatus ab Musa: unde conjectum, felicitatem priorem non hominis fuisse, sed Dei. Cæ. lib. 6. cap. 12. A. L.

Dignitatis.

EPISCOPI aliisque Ecclesie Prælati inter alia dignitatis insignia datur annulus.

Ita Pharaos Joseph, Assuerus Haman & Mardochæo, in prima dignitatis collatione, annulum dedisse leguntur.

CARTHAGINENSES pro numero expeditionum milites plurimis annulis donabant. Alex. lib. 2. cap. 29.

ROM. iudicibus & æquestri ordini, hiique annulis & avo paterno seferentia 4000. census fuisset, ferreo primium annulos, deinde aureos dabant, quo insigni quæstet ordo à senatorio discretus noscebatur. Legatis ad exteras gentes profecturis anulum aureum, velut insignie munus dabant. Sed foris tantum aureo, domi ferreo utebantur. Apud eosdem licet Ægyptis aureis interdum anulis ornatis sint, non omnibus tamen passim deferre licuit, quia nisi ex primoribus militum, aut si re magna & existimatione magna forent, aut prefectus, centurio, decurio, aut tribunus exercitui præessent, vel à principe aut prætoræ auro anulo donati fuissent, illis impune uti non licebat. Ferreo quippè militibus uti permittebatur tantum. Idem.

Signi.

* Pharaos in Ægypto dedit Joseph anulum suum, ut eo H quidquid signaret, tanquam regia mandata haberetur. Genes. cap. 41.

* Etiam Assuerus Rex tulit annulum de manu sua, deditque eum Aman, ut eo signaret decretum contra Judæos quòd conceperat. Esth. cap. 3.

Idem postea Aman in crucem acto, annulum ab eo receptum dedit Mardochæo, ut contraria decreta illius impressione munitur. Ibid. cap. 6. Unde dicebat Rex Esther; Scribite literas Judæis, sicut vobis placet, ex nomine meo, signantes eas anulo meo. Vers. 8. 9. & 10.

VETERES non ornatis, sed signandi causa anulum circumferabant. Unde nec plures habere quam unum licebat, nec cuiquam nisi libero: quos solos fides decebat, quæ signaculo continebatur. Macr. lib. 7. Saturn. cap. 13.

ALEXANDER Macedo devicto Dario, quas destinabat in Asiæ literas, Datis anulo imprimebat: quas verò in Europam, suo. Alex. lib. 2. cap. 19.

* Roma-

A * Romanus Pontifex postero ab inauguratione die annulum sibi proprium sumit, habentem imaginem S. Petri piscantis, qui ob id Annulus Piscatoris vocatur, qui etiam mortuo Pontifice frangi solet. Sub hujus annuli impressione expelluntur concessiones, aliaque diplomata, quæ nomine Brevis appellantur, Apostolicæ sedis.

Magie.

APOLLONIUM Tyaneum annulos ab Jarcha principe Hymnosophistarum dono datos, instar Numinis habuisse ferunt ita ut singulis diebus per vices variatis, maximorum secretorum particeps fieret. Alex. ab Alex. lib. 2. c. 19.

Fidelitatis.

* Hac de causa annulos in matrimoniis adhibitos constat. Idedque Ecclesia benedicit, & dum Pastor illos inserit digito annulari, dicit: Accipe anulum fidei matrimonialis, &c.

Greg. IX. l. 2. Decret. recitat ex Clem. III. quandam mulierem à viro suo injuria relictam, illum jure profectum: ad probandum verò protulisse cum idoneis testibus annulum deponsonationis, quo eam subarratavit. T. 2. c. 10.

S. Ambr. hic alludit, dum B. Agnetem inducit de Christo unico suo sponso loquentem: Anulo fidei suæ subarravit me &c. ser. 90. Vide plerique §. seq.

Apud veteres testamenta septem signis annularibus munebantur, quæ scriptorum fidem facerent. Io. Pierius hieroglyph. l. 41. c. 8.

Nobilitatis.

Annulus apud Romanos nobilitatis etiam signum fuit. Sic Mago, qui Cannensis victoriæ nuntius, Carthaginem missus fuerat, ad retum tam letarum fidem, estum in curiæ vestibulo jusse ingentem aureorum annulorum acervum, & addidit, in manibus nisi primates & Equites id insigne gestare. Liv. l. 3. de bello Punico 2.

Et Cicero objicit Verri, quòd indignissimos in concione annulis aureis donasset. Orat. in Verrem.

USUS ET STUDIUM.

* Cyprian. nimium annulorum usum taxat, & moderatum permittit. Lib. de bono Pudicit.

C * Clemens Alex. l. 3. Pedagog. c. 11. permittit foeminis ingenuis unicum annulum aureum, non quidem ad ornatum, sed ut ea ob signum, quæ domi custodia earum credita sunt.

* Iffid. mulieres binos annulos gestasse scribit: & quidem unum in quarto digito, ob causam supra allegatam. Lib. 2. de divin. offic. c. 19.

* Apud Catholicos annulus, qui futuræ conjugii, imò postquam matrimonium nunc solemnizatum est, datur, benedicitur, ac rogatur Deus, ut quæ illum gestaverit, sit amata virtute celestis defensionis: ac in pace domini consistat, ac in illius voluntate permaneat, & multiplicetur in longitudinem dierum. Ex Pastor. Mech. Prov.

* Dum Quintus frater Ciceronis ad gubernandam Asiæ provinciam pergeret, Cicero eum adhortatur: Sit, inquit, annulus tuus, non ut vas aliquid, sed ut tu ipse, non minister alienæ voluntatis, sed testis tuæ.

Ex Græcia ad Rom. annulorum usus pervenit, sed tamen Prætorum regum stativæ in Capitolio annulis carent, præter quam Numæ & Servii Tullii. Longo certè tempore ne senatus quidem habuit aureos: sed iis tantum, qui legati ad Dexteras gentes iuri essent, annuli publicè dabantur, vulgòque sic triumphabant, ut in publico tantum aureis, intra domos verò ferreis uterentur. C. Marius aureum non antequam consulatum lumpsisse traditur. Sponsæ annulus ferreus mittebatur, sine gemma. Plin. l. 33. c. 1.

Frequentior usus annulorum non ante Cn. Flavianum Annii filium deprehenditur, anno urbis ccccxxviii. Hic namque publicatis diebus festis, quos populus à paucis principum quotidie petebat, tantam gratiam plebis adeptus est, alicui libertino patre genitus, & ipse Appii cæci scriba, cui jus horatu exceperat eos dies, eos consultantio assidue sagaci ingenio, promulgaveratque, ut ad illis curulis crearetur cum Q. Anicio Prænestino, qui paucis ante annis hostis fuisset, præteritis C. Petilio & Domitio, quorum patres consules fuerant: addidit Flavio, ut simul & tribunus plebis esset. Quo facta, tanta sententis indignatione exarfit, ut annulos ab eo abjectos fuisse, in antiquissimis reperitur annalibus. Plin. l. 33. c. 1.

Promissus usus annulorum exemplum extat secundo Punico bello: neque enim aliter potuissent tri modia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitteri. Idem.

Inter Cepionem & Drosum ex annulo in auctione venali, E inimicitia cœpere: unde origo iocialis belli, & exiua retum. Idem.

HELIOGABALUS Imp. ad eò annulorum multitudine delectatus est, ut singulis diebus novos variaret, eundemque interdum bis indueret.

LARUNTIUS Stella Patavin. poeta insignis, Imp. Rom. aulam sub Nerone ad Domitianum usque secutus, prætor duntvix, consul denique, vestitus elegantiore utebatur, gemmis item & annulis, quod Martial. hoc Epiqr. indicat: Sardonychas, Smaragdos, Adamantes, Lapidés uno Portat in articulo Stella, Severe, meus.

Multas in digitis, plures in carmine gemmas.

Invenies: inde est, ut puto, culta manus.

Gestare in digitis annulos ingentis præti Alphonfus senior Siciliæ rex consueverat: & ne lavandis manibus geomis officeret, loturus annulis digitos exuebat, servandofque ministris, qui opportunis se offerrent, dare solebat. Cuidam igitur semel cum annulos tradidisset, qui oblitum regem arbitrabatur, & propterea in usum suum eos viderat; Alphonfus rem dissimulavit, atque pro eis alios induit annulos, consuetumque morem servavit. Itaque post aliquot dies loturo Alphonso cum idem astaret, qui primos haberat, & non restituerat, manum porrexit, tanquam à rege annulos, ut olim egerat, accepturus. Alphonfus autem retracta ad se manu, in aurem submissa voce ei dixit: Hos observandos tibi annulos dabo, si prius alios, quos dedi, restitueris. Liberali profectò rege humanoque, atque animo ingenti prædoto, digna vox, & æternis literarum celebranda encomiis. Fulg. & Egnar. l. 4. c. 8.

SYMBOLUM.

Annulus symbolum est æternitatis, & plerumque etiam à veteribus pro illa usurpatur. Similitudo autem in hoc consistit, quòd sicut annulus per omnes (si partes æqualis est, nec principium aut finem habet: sic etiam æternitas non nisi unica & interminabilis duratio est, neque finem habens, neque principium; est enim in seipsa semper eadem & uniformis, neque est reperire in ea præteritum aut futurum, cum nulla temporum circumscriptione definitur, semper existit, & nunquam extiterit in rerum natura.

Est quoque symbolum taciturnitatis & silentii, unde Alexander M. annulo Hephæstionis oris indito, silentium ea ratione imperasse legitur, ne scilicet quas illi monstraverat literas, alicui vulgaret.

Sunt, qui pro modestia in moribus etiam hoc symbolum usurpent, unde porcis & uris annulus in naribus ponitur: illis quidem, ne terram rostro suo profundant & proterant: his autem, ut promptius ad imperata faciendum impellantur; est namque illis instar fraeni.

COMTEMPTUS ANNULORUM.

TROJANIS temporibus annulorum nullus fuit æquæ usus cum Homerus codicillos missos epistolatum gratia inducit, & scriba nodi non annuli nota colligata fuisse asserat. Plin. l. 33. c. 1. Sed supra eum refutavi ex auctoritate Scripturæ sanctæ.

Apud Cartos annulum gestare, ignominie loco dicebant, tanquam vinculo nexi forent: quo se aliter liberari non posse dicebant, nisi aliqua hostili cade se exolvissent. Alex. ab Alex. l. 2. c. 19.

ANNULO venenum recondere. Vide Venenum.

Annulicujus rei nota. Quere Tit. de Insignibus honorificis, Notis, &c.

Annulorum Sculptores, Opifices. Vide Consule Tit. de Mechanic. Opific. & Aurifabris.

* ANNULI SUPERSTITIOSI OBLIVIONIS ET MEMORIAE.

Scribant Hebræi post Joseph & alios, Moysen, dum in aula Pharaonis degeret, debellasse Sabam regnum, tradente illud Tharbi filia regis Æthiopiæ, quam ille postea accepit in uxorem, eamque voluit Æthiopiis illam, pro qua litigabant contra Moysen, Maria & Aaron. Num. 12. Cuiusque Moyses redire vellet in Ægyptum, & a Tharbi impediretur, ferunt, illum duos annulos fecisse, quorum uni virtutem memorie, alteri oblivionis indidisset. Hunc Tharbi, illum sibi gestandum ultrapasse, eoque factum, ut Tharbi, illius obli-

A obliuisceretur; verum hæc aliis Hebræorum genitibus & commentis adscribenda putamus.

Hoc tamen constat, fecisse veros illos, ut erant variis superpositionibus additi, annulus sub certis imaginibus & characteribus insignitis, idque sub certo Zodiaci signo, & ad certum astrorum aspectum, conjunctionem & quadraturam, ut vocant. Ita confectos qui gestaret, perpetuo victoriam & insuperabilem fore, nec venenorum maleficio obnoxium, amabilem & acceptum reddi Principibus & Magnatibus, præcipue vero hæc ratione conciliari optatæ puellæ amorem, impudenter asserunt.

Apollonium Tyanæum, annulus ab Jarcha Gymnosophistarum Principe dono datus, instar numinis habuisse ferunt, ita ut hæc quotidie per vices variatis, maximorum inde secretorum particeps fieret. Philostr. in ejus vita.

Alex. Trallian. non postremæ notæ Medicus, tradit, imaginem Herculis supine jacentis, leonemque strangularis annulo inclusam, digitoque gestatam, peculiare amuletum esse ad dolorem colicum.

Apud Aristot. legitimus, veteres Medicos implicamentis

Lubet his subnectere commendationem Annuli metricam, ab Hæzone Gratia Batavo decantatam, in qua eleganter & eruditè illius usus varius, prærogativæ, virtutes, & si quid ejusdem circa versus difficiliore commentatio.

- Annule, principis nupquam pereuntis imago,
- Et cui vel nisi nulla, vel ipse sibi.
- Annule, qui cali specte redemptus in orbem 2.
- Telluris cohibet omni præcipiti quis.
- Annule, qui rigidus lapidem redemptis metallo
- Fixa Promethea 2, vincula rube referi.
- Annule, qui tribuit, quod jus Natura negavit,
- Ingenioque tuo solas bonæ facis. 3.
- Annule, refert opum, quo plebs Romana carere
- Cogitur, Augustus quem sibi elavis habet. 4.
- Annule, legat sacra quem, iudicis æqua, 5.
- Quem festata hinc Centurionis amat.
- Annule, quem datus regis, quem datus amator,
- Quem fore in sepe dulcis amica suis.
- Annule, cui commissa pennis, commissa supellex
- Servitii fures non mouere manus. 6.
- Annule, qui mille signas arcana tabelle,
- Legimus sacrum pignus & artha thori.
- Annule, secreta vindex custodia veri, 7.
- Qui perhibes pacto numeribusque fidem.
- Annule, cui mortens & villas credis & agros
- Tantumque sine pulvis, & spemque pater.
- Annule, qui postquam, sedamque arctæ venenorum
- Pictore, qui Philivi B. crederis esse loci.
- Annule, qui Magica non ferret inuictis arti,
- Cum tunc sceleris offensa pectus vocis. 9.
- Annule, qui solo se credit dextra sinistra
- Fallitur: armillis est, puto, iuris idem.
- Annule, quem minimus dignorum gestis, & index
- Serlicus hic Achates, hic Corianos erat. 10.
- Annule, quem postquam minimo qui proximus unguis est,
- Eque tuo dicitur 11. nomine nomen habet.
- Annule, subtili ris ad præcordia verba
- Cujus in explicita traditur ira vera. 11.
- Annule, quem ferro prodantis, & ære Vestulas
- Optimus, argenti non grave pondus erat. 11.
- Annule, sed cassum cui nunc vix iussit aurum.
- Tale tamen præfici Lava Dialis 14. habet.
- Annule, qui totas minimo comprehendere census,
- Qui præcipuum simul claudere paruos amat.
- Annule, qui missis citam scelerare molibus
- Præcipue quem totum genoma caræ facit.
- Annule, qui Salda fulger, qui vincit Achate,
- Quem decet ex Avallum litore vestis Onyx
- Annule, Berillo renitens, viridique Smaragda,
- Cuique adamas, & cui subvivo lapsis adest.
- Annule, qui totos Hyberno sole premebat 15.
- Arcturus: prestis cui modus, æstus erat.
- Annule, spem illam cui mobile dextera molis
- Ventilas, & gemmam beris in opes suo
- Annule, Pyrgoteles duro quem incidere ferro,
- Quemque Dioloride sculpsere de sua manus. 16.
- Annule, cui scilicet, que sæpe incisa figura est,
- Hæc alias colli munere tuber habet 17.
- Annule, maveres in quo non sola placere,
- Sæpe triumphales adscribuntur Avi.
- Annule, qui Springas, qui turpia corpora ranas,
- Sed amem & magnum dignum habere Deos.
- Annule, Cæteris qui ferri in imagine vulsus, 18.
- An capital paulo quoniam per culcrimen erat.
- Annule, qui Gygi Mydorum fœdera dedisti 19.
- Qui te Perse Cassiæ instar habet.
- Annule, ab Euphrate quem contra ripa Seleuca
- Abstulit, & regni spem dedit esse natam.
- Annule, qui Semio iactura negat Tyranno, 20.
- Quem miser, heu, nollet non perisse sibi.

D

quibusdam, seu, ut ipse vocat, phlegmatibus, digitos inferere consuevit, quæ contexta forent, veluti acetabula & circumstantia in picium quorundam pedibus.

ARABES quoniam etiam videntur plurimum fidei hæc deliramenta tribuisse, unde & hodie adhuc multi reperiuntur characteribus Arabicis notati: Taliñanos id genus annulorum patria lingua vocant.

SCRIPTORES.

Scripturæ de annulorum materia, forma, usu multiplici, aliisque eò pertinentibus, Plin. l. 33. hist. c. 1. l. 37. c. 1. Macrobr. l. 7. Saturn. c. 13. Alex. ab Alex. Lib. Genial. diæ. Rhodigm. l. 6. c. 12. Et scripturæ non ita pridem ex professo satis elegantem tractatum, in quo tamen majorem distinctionem quis requirit, de aureis annulis Henric. Ritischius Lipsicus anno 1615.

Plura de annulo Lector reperiet in metrica ejusdem, quam succinxis, commendatione: cui prævide breuem & succinctum Commentarium addimus.

ab Hæzone Gratia Batavo decantatam, in qua eleganter & eruditè illius usus varius, prærogativæ, virtutes, & si quid ejusdem circa versus difficiliore commentatio.

1. Dicitur nam velut *ovæ auris*, quod in se reat.
2. Fingunt Poetæ, Prometheum igne cœlo surrepto, terram variis morbis exposuisse.
3. Annulus libertatis insigne. *Vide exempla paulo ante adducta.*
4. Insigne ordinis Senatorii.
5. Item Legati, Judicis, Centurionis.
6. Solent enim annulo obfignari quæ custodita volumus, atque iis committi, quibus illa credimus dispensanda.
7. Annulus fidei nostræ, & voluntatis symbolum, ac secretorum in G-dex. *Vide supra Symbolum annuli.*
8. Amatorium poculum arbitrat, cujus meminit Ovid. l. 2. de arte aman. Philænoxi animis, spemque furoris habent.
9. Suprà nonnulla diximus de incantationibus quæ per annulos sunt. Item de characteribus quibus insigniuntur.
10. Volunt, Achatem indici deberi, quod visum acuat, teste Plinio imò & scorpionum iudibus medetur.
11. Gellius l. 10. c. 10. & Macrobr. idem penultimum digitum annularem appellat.
12. Huc refer causam quam supra adduximus, cur sponse detur annulus in digito penultimo.
13. Olim eodem honore habebatur annulus, ex quacunque materia conficeretur.
14. Dialis Jovis Sacerdos plerumque annulatus erat supra alios quoscunque.
15. Annuli mutabantur cum tempore anni. Edque perventum erat apud Romanos, ut leviores æstate, ponderosiores hyeme gestarentur. Hinc Jovanalis *Ventilis æstivum digitis iudantibus aurum.*
16. Præstantissimi hi fuerunt sculptores gemmarum, quas annulis insererent. *Vide Helian. l. 1. c. 19.*
17. Annulus protuberans.
18. Olim in annulis gestare imaginem Cæsaris, capitale.
19. Gygis annulus fuit instar cassidis. Erat autem Gyges Lydorum Rex.
20. Agathocles Samiorum Tyrannus, patre sigulo natus.

Annule,

- A Annule, *Cannensis quo sanguinis indice, 21. mensis est Caribago modis Romula castratibus.*
- Annule, *prescriptor Nioni quo Capio Drisum 22.*
- Oditi, & in Syllam pertulit ira mari.
- Annule, *quem factum docuit Demosthenes, & quem Annibal celerem mortis habere viam.*
- Annule, *quem loculo varium qui condidit uno 23.*
- Romula primus Scævurus in urbe fuit.
- Annule, *quo Magni laurus ditata, Latinus Cum Mybridat cas Jupiter hausit opes. 24.*
- Annule, *quem servus distinctum a Cæsare T heus, 25.*
- Marmoreagenitrix vidit in æde Venus.
- Annule, *non unum quem sacra palatia servant, Marcello acceptum pulcher Apollo refert. 26.*

Annus.

DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

ANNUS, Græcè εἰς ἔτος, est tempus dierum ccc. & lxx. & circiter horarum vi. quo fol cursum suum perficit. Etque annus Solaris: alioquin improprie etiam mensis annus lunaris appellatur, quod Luna eo spatio cursum suum conficiat. Dicitur annus ab Anteveteri quod circum significat, & No, id est, quod assidue circumfluit. Servius ab annulo deductit, quia instar annuli, ut recedat Virg.

In se sua per vestigia voluitur annus. Unde & Ægyptii annum hieroglyphicè significabant per draconem caudam suam vorantem. Alii à Græco ἀνάσσει, quod idem est, quod renovo: semper enim & continuò fluxus renovatur. Hebræi Scanach, annum dicunt, à Schana, iteravit, redit, propter assiduum illius revolutionem.

ANNI CONSIDERATIO SIMPLEX QUO AD HECTADAS, SEMESTRIA.

Annus, reatus solis in Zodiaco, motu proprio, ad idem punctum secundum quædam consideratus ab Astronomis, Astronomicus dicitur, & Naturalis, & vertens, quo Sol emens totam Zodiaci longitudinem, ad idem solstitium, vel æquinoctium redit. Duplex interim: vel mediæ, perpetua æqualitate constans, reatus aut ad puncta quatuor cardinalia media, Cæque operas vocant, unde Tropici dicitur: aut ad stellas fixas, ut ad primum Arietis cornu, & Sideres dicitur: vel verus siue temporalis, quo Sol ad verum æquinoctium siue solstitium revertitur, cuius spacia sunt æqualia. Ad verò consideratus annus à Politicis secundum æσῆν, Politicus dicitur, & Civilis, & Mundanus, secundum viri que luminis motum, ut antequam Sol totum Zodiacum percurrat, periodos lunares duodecies observet. Ad hic cursus dicitur in Solarem, ad Solis motum principaliter accommodatus, ut Julianus annus, vel ab (sæpe) & in Lunarem ad Lunæ motum principaliter accommodatus, constantem diebus 2954. & mensibus Lunaribus synodicis 24. quorum initia semper novilunius, media plenilunius respondent, & sunt alternis 29. & 30. dierum. Dissertè proinde à Solari ferè diebus, qui Extraxat dicuntur, eo quod certis annorum periodis super additi, Solari Lunarem æquari faciunt. Eo primis parentes sunt usi, & Indici usque ad Christum, Græci, Romani & Arabes. Ex Jo. Garcho. *Vide infra plura.*

QUO AD INITIUM ANNI.

JUDÆORUM annus circa 26. diem Martii incipit, more Ægyptiorum, ad motum Lunæ. Si quidem novilunium æquinoctio vero proximum, præcedens, aut sequens, primum diem anni efficiat. Rab. Iehosue. Sed recentes Judæi anni initium referunt ad novilunium æquinoctio autumnali proximum, annum Jubileum recipientes. Rab. Eleazar.

Hebræos à vere annuisti exordium facere (quod olim Romulum illorum exemplo fecisse constat) testis esse potest is locus qui habetur Dent. c. 16. quo loco Moyses Domini iussu edicit Israëlitibus, observent mensum novarum frugum, & veriti temporis primum, ut faciant Pascha Domino Deo suo. Testis est & is locus, qui iisdem verbis & sententia habetur apud Div. Hier. de celebr. Pasche, & Aug. tom. 2. epist. 86. ad Hæsyebium: quibus locis scribunt illi, celebrationem Pasche in mensè novarum frugum reperiit, propter similitudinem Sacramenti renovandæ vitæ. Primum autem venit temporis eam mensum esse docet Aug. quo Sol est Arietis principio. Unde fallitur Ambrosius, qui primum mensum novarum frugum esse dicit eum, quo apud Ægyptios novi fructus colligantur. Nam apud illos non semper in primo mensè demittitur seges, sed ut occurrit aliis atque aliis mensibus. Ni-

21. Ex pugna Cannensi Carthaginem modii ttes annulis re-ferri asportati sunt.
22. Livius Augustæ filius, qui in Germania petiit, cujus effigies exstat in Vangionibus.
23. Consul Romanus primus obfignavit loculos.
24. Mithrydates annulis & auro ditatus.
25. Distinctio annulorum in Veneris Æde à Cæsare ordinata.
26. Marcello annulorum custodia accepta fertur.

ceph. etiam Calist. hist. Eccl. l. 12. c. 32. scribit, hanc rationem impulisse Montanistas, ut mensum quemlibet dierum xxx. atque eorum principium æquinoctium verum facerent. (Quæ dies, inquit, secundum Rom. ritè 9. Cal. April. dicitur) quòd eo tempore duo hæc luminaria initium suum habuisse allegant, per quæ tempora anni significatur. Idem ferè Sezom. habet hist. Eccl. l. 7. c. 18. Sed Niseph. ibid. etiam scribit, Eusebium memoriam tradidisse, veteres Indeos sacrificia Paschalia post æquinoctium verum celebravisse, Sole xii. partem, quæ à Græcis xπῆρ, id est, Artes appellatur, Zodiaci circuli ingresso: Luna autem per diametrum Soli opposita, tum xiv. diei cursum tenente. Sic apparet Hebræos & Pascha Luna xiv. primi mensis celebrasse, & primum anni mensum primum verni temporis fuisse. Io. Lalamantius.

Ægyptii propter intercalaris diei neglectum, certum anni cursum, quem ex 295. diebus constituebant, initium non habuere usque ad Domitianum.

ASIANI ab æquinoctio autumnali auspiciantur. Attici à Meridie primi diei Hecatombæonem autem à prima Luna nova, quæ proximè Solstitium (id olim 23. Junii, nostris temporibus circa xii. ejusdem contigit) sequebatur, inchoare oportebat. Plat. locus est l. 6. de legib. Omnes inquit magistratus, tam annui quam longioris temporis, pridie calend. mensis illius, quo post Solstitium æstivum novus annus incipit, in unum templum conveniant; & Simplic. l. 5. Physicæ Aristot. sic scribit: Anni initia sic faciunt, vel circa Solstitium æstivum, ut Athenienses: vel circa Autumnale æquinoctium, ut terræ quæ nunc Asia dicitur incolæ: vel circa Brumam, ut Romani. Io. Lalamantius.

Romani & Albani ante Numam ab æquinoctio vero annum ordiebantur. Post ex Numæ instituto à mensè Januarius auspiciari cœperunt. Olim Martius numerabatur primus: à Martio Quintilem, seu sextilem appellant, alioque deminceps quantum usque ad novissimum, quem Decembrem nuncupant: qui censetur à Martio X. Hinc visum nonnullis esse illius temporis Romanos annum, ac certis mensibus dies supra xxx. adjecisse. Alii Decembrem scribunt à Martio x. esse, xi. Januariam, Februat. xii. quo utantur in lustrationibus, ac defunctis in anni exitu parentant: duos transpositos esse, factumque Januarius, primum: quòd Cal. Januarius, creati sint exactis regibus primi Consulibus. Causam asserunt quidam à Romulo, belli martisque studio flagrantem & stirpe habito Martis, prærogativam mensum fecisse eum; à Marte à quo nomen traxit. Numam contra, qui quærit ætate civitatemque ad agriculturam convertere cupiebat, atque à bellis abducere, Januario tribuisse principatum, Janumque ad ingenios honores provexisse, ut eum, qui politicus fuisset, articulationisque quem bellandi potius studiosus. Plut. in quest. Rom.

Anni Juliani initium more Romano pendet à media nocte antecedente Cal. Jan. non à meridie Calendarum ejusdem: cujus rei rationem reddit Plut. problem. Rom. 82. his verbis: An quòd Respub. ab initio militari more & instituto constituta est: in re autem militari multa nocte utiliter occupantur? An diei octavi agendi principium esse voluerunt, noctem verò consilii & preparationis? oportet autem præparatos rem aggredi, non verò contra agentem præparati. An quemadmodum merities esse finis reipub. gerendæ, sic noctem interpeffam actionum omnino initium oportere esse statuerunt? cujus rei maximum argumentum, magistratum Romanum post meridiem factus facere non solet.

Ar-